

SAMVELI SPRENGEL

VIRO NOBILI

ERVDITO ET INTEGERRIMO

CONSVLAREM DIGNITATEM

A. MDCCLVI. III. KAL. APRIL.

ADEPTO

GRATVLATVR

SINCERVS.

Praeclaris natum esse atavis, non ultima laus
est,

At maior, propriis meritis accendere taedam.

Quid? Si antiqua Patrum multo defessa labore

Somnum tantisper capere atque quiescere
visa

Euigilans, recreata nouo splendore resurgit

Gloria? Nae! talis duplo censetur honore

Iure suo dignus praeclari nominis haeres.

Addit auis propria virtute, nec accipit, auget

Ipse decus, Patriam mandat reuiuiscere fa-
mam.

Hoc TIBI contingit, VIR care Deoque
bonisque,

Vt noua progenies antiqui stemmatis esses.

O quam mira vices hominum sapientia miscet!

Nos

NOS TE SPRENGELIDEM generoso sanguine
natum

At Patre a teneris, cheu! iam nouimus orbem.

Non TE diuitiae, non ambitiosus honos, nec
Blandus amicorum fauor, vt nec cura parentis,

Nec fors, nec torus, nec auita memoria secum

Ad Procerum Elbingae nostrae subsellia ducunt.

Nil? Quid enim? Virtus, quae praecellentior
omni est,

Quod coecas hominum consueuit fallere men-
tes.

Cunctis nota fides & rara modestia, sancta

Relligio, labor impiger & mens omnibus aequa,

Non fucatus amor, patientia & officiosus

Nulli non animus, pietas, sapientia docta.

Haec TIBI conciliant animos procerumque
plebisque.

Annuit,

Annuit, & Patriae Patrum suffragia testis
Ipse regit summus rerum moderator, ut omnes
Esse bonis iusto sua tempore praemia credant.

Viue igitur, dilecte DEO, cum pace beatus,
(Manfuetis terrae tandem possessio certa est)

Viue DEO, confide DEO, vestigia iusti
Clementisque DEI semper preme, sperne ca-
duca,

Coelestes imitare DEI fidosque ministros,
Dilige, quos Is amat, sis amabilis illis.

His vigilare diu noctuque est vera voluptas,
Et laeta cum mente dato sibi munere fungi.

Praemia si defint; Satis est mens conscia recti.

Viue diu Patriae, reuirefcat gloria Patrum
TECUM, nec desit (faxit DEVS!) aemula proles.
SPRENGELII redeant, redeant quoque tem-
pora prisca.